

huiusmodi nostre regie deuocionis ardentissimus affectus eciam multis adhibitis laboriosis conatibus nondum gustare meruit quod tam deuotis faucibus non desinit quotidie esurire, ex quo audiuius dictas indulgencias fore in regulis cancellarie summi Romani pontificis reuocatas. Quapropter vestre inuictissime regie maiestati, que incomparabiliter potens est, nostram in premissis intencionem adiuuare deuotissimis et affectuosissimis duximus precibus supplicandam [o:-um], quatenus in Dei condignam veneracionem, cuius res agitur, et dignissime sue matris dignetur vestra imperialis sublimitas predicta monasteria vna cum toto ordine specialis dono gracie suscipere confouenda et iuxta mandatum ab ipso domino Ihesu Christo illustrissimo principi domino Karulo imperatori, pie memorie, genitori vestro prekarissimo, factum totis viribus cooperari, vt dicta regula prefate sanctissime patrone nostre beate Birgitte ex ore Dei dictata et per modum constitucionum a sede apostolica confirmata et ita vsque nunc tenta in predicto ordine et seruata posset modo per Romanum summum pontificem in regulam transferri et sub vocabulo sancti Saluatoris cum omnibus priuilegiis, libertatibus et indulgenciis eidem ordini indultis approbari et firmiter confirmari, et si presentis temporis malicia id premissum regulare negocium effectualiter non admittit, saltem hoc, inuictissime imperator, dignemini finaliter procurare in tempore maxime oportuno, in die leticie et expectate sollempnitatis, videlicet supreme coronacionis vestre excellentissime maiestatis, quando sibi post tot et tanta sua virtuosa exercicia aliquid tale non creditur a domino apostolico denegandum. O! quantis laudibus et meritis dignum apud Deum et homines eadem serenissima maiestas, sicut indubie tenemus, sibi et suis consanguineis fabricet memoriale ac laudis preconium insigne, si vestre excellentissime benignitatis interuentu tam sanctum et diuinitus iniu[n]ctum negocium vsque ad felicis perfeccionis et optate ductum fuerit complementum, profecto nobis et Philippe consorti nostre dilectissime ac toti prefato ordini cedet eciam ad maximam consolacionem et materiam gaudiorum. Inuictissimam maiestatem vestram, domine et frater prekarissime, sanam et incolumem conseruet Altissimus pro salute christiani populi tempore diuturno. Datum Hafnie, septima die mensis Iulii, nostro sub secreto.

Förut tryckt i Benzeli: »Monumenta Hist. eccl. Sveogothicæ», sid. 170—172.

2659.

1419 omkr. d. 7 Juli.<sup>1)</sup>

Drottning Filippa till kejsar Sigismund, att han ville befordra birgittin-regelns stadfästade samt bekräftelse å ordens privilegier.

Afskr. i Codex 6 (Benz.) i Upsala Univ:s bibl. fol. 74 v.—75.

Serenissime princeps et inuictissime imperator. Quoniam inter desiderabilia huius mundi, que mentem nostram sollicitant et compungunt, hoc precipuum est et maxime insidet nostro cordi, quod ordo sancti Saluatoris, in quem omnes deuocionum gracie pariter confluxerunt, regulam suam, quam Christus proprio ore dictatam et in celesti curia approbatam beatissime patrone nostre beate Birgitte miseri-

<sup>1)</sup> Odateradt, men utan tvifvel från samma tid som nästföregående nummer.

corditer reuelavit, nondum obtinere valuit a militante ecclesia modo debito confirmatam, quamobrem decenter in terram genibus prouolutis vestre excellentissime maiestati, que potissime scit et efficacissime [precissime] valet rem, que agitur, promouere, deuotissime supplicamus quatenus ob diuinam reuerenciam et nostre prime petitionis intuitu dignetur vestra imperialis sublimitas saltem in die sue tercię coronacionis hoc premissum regulare negocium suscipere erga dominum apostolicum effectualiter promouendum ac iuxta facultatem dominicam terminandum, et quamuis in magna pussilanimitate(!) spiritus has humillimas nostrarum precum instancias vestre metuende porrigimus maiestati, cum maxima tamen exaudicionis confidencia id agimus eo, quod meruimus eiusdem maiestatis vestre illustrissimi et nobilissimi consanguinei precarissima vxor esse, illudque deuotis precibus adicimus, serenissime imperator, vt eciam cooperari dignemini, quod omnia et singula priuilegia, libertates et indulgenciarum gracie, prefato ordini alias a Romanis summis pontificibus graciose concessę, possent iam per sedem apostolicam confirmari, habituri proinde gloriosissimam Dei genitricem Mariam et prefatam beatam Birgittam, quibus hic ordo specialiter dedicatus est, vestras apud Altissimum singularissimas aduocatas, et nos ad queque vestra imperia et grata seruicia prompociorem. Altissimus celi et terre dominator vestram regiam maiestatem conseruet in omnibus agendis prospere, feliciter et longue. Datum vt supra etc.

Philippa Dei gracia Swecie etc., serenissime  
maiestatis vestre humillima.

Förut tryckt i Benzeli: »Monumenta Hist. eccl. Sveogothicæ» sid. 172—173.

2660.

1419 d. 8 Juli.

Skara.

Biskop Sven i Skara, mot hvars vilja en dom angående dekanatets i Skara rätt till ett laxfiske i Vermland blifvit med hans sigill bekräftad, förklarar nämnda fiske tillhöra Gudhems kloster.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Wi Swen, meth Gudz nadh biscop i Skara, gørum witherlicht meth thetta wort opet breff, at nw i jwl næst forledhen, tha werdhughe fædher wore kære herre ok brødher ærchebiscopen af Wpsala oc biscop Nighels af Lynkøpensis(! = ping) waro hær i Skara, tha hørdhom wi, at hedherligh frw abbadisen i Gudhem oc henna syster taladhe til dækinen i Skara wm en deel i eth laxafiske liggende i Wermaland, som the sagdho sik hafwa ræt til, ok dækinen hafdhe them frahaaldet i noghor aar ok brwkat til dækinadømet, ok æn tho at ther war tha talet wm før ræt, thoch giordhes ther enghen mere ænde wpa ok ey hælder sagdhes ther nokon doom ower, thet oss witherlighit ær; Nw forstodhom wi sidhen, at ther war doombreff wpa giort oc beseghelt meth for:da werdhugha fædhra incighlom oc wort incighle war ther oc meth fore kommet, huilken doom swa lyde, at samma laxafiske war tildømt dækinadømet oc fradømt klostreno. Tha effter thet at wi waarum i then tiidh mykit bekombredhe i mangh ærande waare kyrkio oc wore biscopsdøme oc oss aarørende, som makt wpa laa, tha war oc ær oss ey wel witherlicht hwro